

Deutsches Archiv

für

Erforschung des Mittelalters

Namens der
Monumenta Germaniae Historica

herausgegeben von

HORST FUHRMANN HANS MARTIN SCHALLER

42. Jahrgang

1986

BÖHLAU VERLAG KÖLN WIEN

Drei ungedruckte Diplome der späteren Stauferzeit

Von

Paul Zinsmaier

Die hier zum Abdruck gelangenden Diplome Friedrichs II., Heinrichs (VII.) und Konrads IV. waren bisher lediglich aus Auszügen und Übersetzungen bekannt und von den *Regesta imperii* nur zum Teil erfaßt worden. Ihr voller Wortlaut dürfte im Hinblick auf die anzustrebende Vollständigkeit der urkundlichen Quellen zur Geschichte Friedrichs II. und wegen der genaueren Kenntnis der Rechtsgeschäfte nicht unerwünscht sein. Die Funde ergaben sich bei den Vorarbeiten zu dem Nachtragsband der *Regesta imperii* V, der vor kurzem (1983) erschienen ist. Dieser Band enthält noch eine größere Zahl von Hinweisen auf unveröffentlichte Diplome Friedrichs II. Die unbekannten Urkundentexte befinden sich überwiegend in geistlichen Archiven Italiens und sind leider sehr schwer zugänglich. Im ganzen zählen wir über dreißig ungedruckte Texte Friedrichs II. Ob sie alle die lange Zeit seit ihrer Auffindung bis heute – etwa 70–90 Jahre – und besonders die beiden Weltkriege heil überdauert haben, ist sehr zu bezweifeln. Wahrscheinlich wird man die in Betracht kommenden, meist abgelegenen Verwahrungsorte persönlich aufsuchen müssen, was mir aus gesundheitlichen und finanziellen Gründen nicht möglich war. Da die Rechtsinhalte der zum Abdruck gelangenden Diplome durch die Regestenwerke größtenteils bekannt sind, erübrigt sich ein näheres Eingehen auf die einzelnen Urkundentexte.

I.

Kaiser Friedrich II. erteilt dem Guido Malabocca und dessen Brüdern, Grafen von Bagnacavallo, die Investitur in Bagnacavallo, Cotignola und anderen Besitzungen in der Romagna.

1243 November, Toscanella.

Original, durch Feuchtigkeit im unteren Teil beschädigt, in Modena, Archivio di Stato, Archivio segreto Estense, Casa e Stato, Dedizioni ed acquisti di città e terre nro. 486 – (antica segnatura). Hand des Kanzleinotars Guilelmus de Tocco.

Auszug ohne Zeugen in der in BF 3393 zitierten Literatur. Erwähnt: Pubblicazioni del Ministero dell'Interno 13 (1953) S. 244 Nr. 486.

Regest: BF 3393 und P. Zinsmaier, Nachträge und Ergänzungen zu Regesta imperii V (1983) S. 232.

(C) § In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus secundus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus Jerusalem et Sicilie rex. § Justis fidelium nostrorum petitionibus condescendere cogimur, quas nisi favorabiliter audiremus, obaudire, quod petitur, per iniuriam videremur. Eapropter notum fieri vo-

lumus universis imperii nostri fidelibus tam presentibus quam futuris, quod Guido Malabucca et fratres Guido Siglarardi et frater eius comites de Bagnacavallo fideles nostri maiestati nostre humiliter supplicarunt, ut ipsos sub nostra et imperii protectione recipere et infrascripta eis dare et concedere et investire eos exinde de nostra gratia dignaremur, Nos itaque, qui fidelium nostrorum fidem pre oculis semper gerimus et obsequia eorum non patimur inremunerata transire, attendentes fidem puram et devotionem sinceram, quam predicti comites de Bagnacavallo fideles nostri ad maiestatis nostre personam et sacrum imperium habent pro gratis quoque servitiis, que nobis et imperio exhibuerunt hactenus tam fideliter quam devote et que exhibere poterunt inantea gratiora ipsorum supplicationibus favorabiliter inclinati ipsos in personis et omnibus bonis eorum, que in presentiarum habent, tenent et possident et inantea iusto titulo poterunt adipisci, sub protectione ac defensione culminis nostri recepimus speciali. De habundantiori quoque gratia nostra damus et concedimus eis et per rectum feudum investimus eosdem de Bagnacavallo cum eius curte, Cuthignola cum eius curte, Fabriago cum eius curte, Casteln . . ., curte Limitaldi, castro Serre cum eius curte, castro Maczolani cum eius curte, Tauxignano cum eius curte, Casali ^a cum eius curte, castro Saxi cum eius curte, Saxignon.^b et eius curte, patronatico plebis Panigalis, patronatico plebis Ser[r]e, patronatico plebis Tauxignani, patronatico plebis castri de Saxa cum silvis, pratis, pascuis, vallibus, paludibus et omnibus eorum pertinentibus et cum omnibus iustitiis et iuribus sive iurisdictionibus eorundem ita tamen, quod ea semper a nobis et ab imperio teneant et etiam recognoscant et de dominio nostro et imperii ea subtrahere non intendant et debita et consueta servitia nobis et successoribus nostris et imperio dicti comites facere teneantur. Statuimus igitur et imperiali sanctimus edicto firmiter iniungentes, ut predicta omnia sint eis decetero valitura, dum modo in nostra fidelitate et imperii persistentes a nostris umquam servitiis non recedant. Firmiter etiam prohibemus, quatinus nullus dux, nullus marchio, nullus archiepiscopus vel episcopus, nullus capitaneus seu vicarius, nullus comes, nulla civitas, nullum comune, nulla universitas, nulla denique persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis predictos comites fideles nostros contra presentis privilegii nostri tenorem ausu temerario inquietare molestare seu perturbare presumat. Quod qui presumpserit, indignationem culminis nostri se noverit incursum et quinquaginta libras auri optimi pro pena compositurum, medietate scilicet camere nostre et reliqua medietate passis iniuriam applicanda. Ad huius autem protectionis, dationis, concessionis et investiture nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens privelegium fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Huius rei testes sunt: Fridericus illustris regis Castelle filius, dilectus nepos noster, Riccardus comes Caserte sacri imperii in ducatu Spoleti et ab Amelia usque per totam Maritimam vicarius generalis, Pandolfus de Fasanel[is in T] uscia, Jacobus de Morra in March[i]a, Ubertus marchio Pelauicinus in Lu[ni]sana^c Versilia, Garfagnana et partibus convicinis similiter vicarii generales, Gualterius comes Manupplelli (...) ^d curie nostre iudex et alii quam plures.

§ Signum domini nostri Friderici dei gratia invictissimi [Monogramm] Romanorum imperatoris semper augusti Jerusalem et Sicilie regis §.

a) Or. Casal. b) Or. Saxignon. c) Or., sonst Lunigiana. Lunisane in BF 3347. d) Größere Lücke von etwa 3–4 Worten.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo tertio, mense novembris, secunde indictionis, imperante domino nostro Fr. secundo dei gratia invictissimo [R]omanorum [imperator]e semper augusto Jerusalem et Sicilie rege, imperii eius anno [v]icesimo tertio, regni Jerusalem^e, regni vero Sicilie quadragesimo^f, feliciter. Amen. Datum apud Tuscanam anno, mense et indictione predictis.

Siegel ab, verblaßte Seidenfäden.

- e) *Danach freier Raum, bei de Tocco sonst nicht üblich. Zu ergänzen mit nono decimo.*
f) *Wie d, hier zu ergänzen mit sexto.*

II.

Heinrich (VII.) nimmt den Abt Dieto und dessen Kloster St. Mang in Füssen in seinen Schutz und bestätigt ihnen genannte Besitzungen und Rechte.

1219 XII. 18, Augsburg

Original im Fürstlich Öttingenschen Archiv in Wallerstein (A), sehr beschädigt. Lateinische Kopien 14., 15. und 17. Jh. im Stadtarchiv Füssen (B).

Deutsche Übersetzung in Transsumpt des Herzogs Leopold von Österreich vom 12. 1. 1396 im Hauptstaatsarchiv München (C). Mit Benützung der Vorurkunde BF 944 von einem Unbekannten verfaßt und geschrieben.

Druck: Monumenta Boica 34 a, 99 aus C – Huillard-Bréholles, Historia diplomatica Friderici secundi 1, 714 mit Rückübersetzung aus dem Deutschen. Regest: Böhmer-Ficker 3847 – O. Geiger, Die Urkunden des vormaligen Benediktinerklosters St. Mang in Füssen (1932) Nr. 3 und 1291.

§ In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Hainricus dei gratia dux Sueuorum. § Quociens prospicimus ecclesiis et locis religiosi divino cultui deputatis eorum promotioni sive profectui efficaciter intendentes, pro certo credimus nos seminare in benedictionibus et etiam messuros de benedictionibus vitam eternam. Huius itaque prospectu rationis^a utile duximus insinuandum universis tam futuris quam presentibus Christi fidelibus, quod ad devotam et humilem postulationem dilecti fidelis nostri Dietonis venerabilis abbatis et conventus de Faucibus considerata regulari et honesta conversatione fratrum ibidem deo militantium recepimus, quemadmodum pater noster Fredericus secundus gloriosus rex Romanorum semper augustus et rex Sicilie, sicut continetur manifestus in privilegio suo, ipsi monasterio super his indulto de auctoritate et voluntate ipsius patris nostri dictum monasterium cum omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus et tota familia sua sub spetiali munimine nostre protectionis confirmantes et restituens pro remedio animę nostrę et salute nostra sicut et pater noster monasterio^b abbati et fratribus antedictis in perpetuum possidendam et tenendam terram Ashowe cum omni libertate et honore necnon et universis proventibus ipsius terrę pertinentibus a curia Mßsowe usque Horenbach terminos suos protrahentem de liberalitatis

a) *Or. ratiionis.* b) *Or. mōnasterio.*

nostre gratia eis plena premissa potestate excolendi novalia in prefatis terminis tam in planicie quam in montibus, prout sibi et monasterio noverint profuturum ita quod nullus alius in ipsa terra quidquam sibi iuris vendicet vel obsequii nisi abbatis prefati loci salvo iure et servitio, quod nos et heredes nostri ibidem habere debemus sicut dux Welfo Cūnradus dux Sweuorum rex Philippus maiores nostri inclite recordationis consueverunt habere. Insuper ex certa scientia restitu[imus] monasterio, abbati et fratribus de Faucibus curtem de Gisenriet, curtem Aitranch, curtem Sachsiriet, curtem Hohenf[...] et curtem Richelingen cum omnibus appendiciis sive pertinentiis curtium earundem salvo quoque omni servitio quod de ip[s]is curtibus nobis sicut progenitoribus nostris erit exhibendum. Statuimus igitur et, presenti edicto firmiter precipimus, ut nulla omnino persona, cuiuscumque fuerit conditionis sepedictum monasterium in antefactis curtibus seu in aliis prediis ipsius magnis et parvis molestare presumat aut ei dampnum aliquatenus irrogare. Quod qui fecerit, iram tremendi iudicis et nostram offensam graviter se noverit incursum. Datum apud Augustam anno dominice incarnationis millesimo. cc°. xx°, .v°. kl. ianuarii.

Siegel ab, rote Seidenfäden

III.

König Konrad IV. bestätigt dem Deutschorden die von dem verstorbenen Küchenmeister Hartwig von Würzburg gemachte Schenkung von Gütern in Dettrwang und Reutsachsen, die Hartwig vom königlichen Hof zu Lehen hatte.

1251 Juli, Augsburg

Original im Stadtarchiv Rothenburg ob der Tauber, U 135. Verfaßt und geschrieben von dem Kanzleinotar KA. Regest: H. Weigel, Die Deutschordenskomturei Rothenburg o. Tauber im Mittelalter, in: Quellen und Forschungen zur bayrischen Kirchengeschichte 6 (1921) S. 123 Nr. 3, zum Inhalt ebenda S. 16f. – Zinsmaier, Nachträge Nr. 588.

Conradus dei gratia Romanorum in regem electus semper augustus Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis fidelibus nostris tam presentibus quam futuris, quod nos pro reverentia Dei precibus venerabilium fratrum hospitalis sancte Marie domus Theutunicorum fidelium nostrorum favorabiliter annuentes donationem bonorum in Tetwank et Richezsaksen, que quondam Hartwigus de Herbipoli magister coquine in feodo a curia nostra tenebat, per eundem H. prefatis fratribus dudum factam gratam gerimus et eam auctoritate presentium confirmamus, volentes ipsos fratres eadem bona de nostra gratia iure proprietario omni tempore in antea pacifice possidere. Ad cuius rei memoriam presentes litteras sigillo nostro iussimus communiri.

Datum apud Augustam anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, mense iulii, none indictionis.

Guterhaltenes Königssiegel an Pergamentstreifen